



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**ECCLESIASTICAE || DISCIPLINÆ || LIBRI SEX: || DE
CANONICA ET MO- || nastica Disciplina collapsa
restau- || randa, pristinoque nitori || restituenda. ||**

Schulting, Cornelius

Coloniae Agrippinae, 1599

VD16 ZV 14233

D. Hieronymvs Cornelio Schvltingio Cvltori suo & amico.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63372)

Visus, nec slychios quicquam curare furores.
Hic PETRI eminuit Constantia, cura, fidusq;
Tum patria, & pietatis amor, studiumq; sacrorum:
Purpureis coram Patribus, magnosq; Senatu
Ille meus rigide pro me certavit Achilles,
Indicioq; suo fraudes patefecit Auerni.
Premia digna refert PETRVS nunc incolae caeli:
Premia digna feres cum fratre, ut fratris Achatis.

D. HIERONIMVS CORNE-
LIO SCHVLTINGIO CVLTORI
suo & amico.

Dixerunt ego quod sim sacri nominis Heros;
Dicis idem cultu vir celebrande meo.
Quem colis, ipse colam, nec eris frustrandus amico,
Inflans Dalmatico cornua plena Seni,
CORNELI, tecum laudes impertiari istas,
Non sine te mea laus, tu sine me nec eris.
Viue mihi simili: viuendo scripta probantur;
Vitaq; maior, quam littera, testis erit.
Viue Dei metuens, viuendo dicta probantur;
Sic meus es cultor, sic eris alter ego.
BETHLEMI memor esto mei (memor, euge, moneri)
Nam fugis auratas, nomina magna domos.
Hic & in auspicio locus est tibi clausus, & exfors
Turbarum, & luxus, desidiaq; grauis. (dam,
Ut mihi BETHLEMVM, CHRISTI cunabula quon-
Mel cum lacte dedit virginis, atq; Dei

Sic

Sic de fonte meo hoc liba: fons DAVIDIS iste,
Fons CHRISTI: hic panis verus, & vnda mihi est:
BETHLEMVM domus est panis, Bethlemicus hic fons
Vescere pane Dei, flumina sancta bibe.
Hic prae sepe Deo cunas in marmore caeso
Præbuit (ah Tygres tale cubile colant)
Hic ego multabam silicis præcordia tactu,
Erubuitq; meo sanguine dura silex;
Quando recur sabant animo ludibria Diti;
Vt fibris noxam subderet arte meis.
Est LAPIDOSA VIA ò STEINVEG Virtutis ad atra
VICVS & est, malis hoc LAPIDOSVS eò:
Viuere perge tibi; à vanis subducere turbis;
Diuerte ad studium, quod mihi nectar erat,
Quodq; tibi est nectar, non illis faucibus aptum,
Quas non irrorat gratia larga Dei.
Si non Antipodum sol declinasset ad umbras,
Lunaq; rupisset pensa diurna mihi,
Vna dies vita, & studij, mortisq; fuisset;
Clausisset vigiles mors oculosq; mihi.
Luminibus nostris exul quoq; somnus abisset,
Dum veheret cantu gallus ab axe diem.
Mens eadem tibi; respondes merito, atq; labore:
Respondet meritis ecce corona tuis.

S. S.